Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Formula testimonij de examine eiusde[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-10502

Visual Library

ſt, loco Portæ ponatur Plebis N. loci N. Annorum . . . vt patet teſtimonio Parochi ex libro baptizatorum deſumpto, Nondum confirmata, vel confirmata vt conſtat ex teſtimonio Parochi ex libro confirmatorum; ſemel ſingulis menſibus, aut etiam pluries, prout re ipſa erit, confeſſa eſt R. N. Confeſſario præſcripto a R. Vicario Monialium, tum etiam ſemel ſingulis menſibus, aut pluries item ſanctiſſimam Euchariſtiam accepit, vt conſtat ex teſtimonijs Confeſſarij.

Examinata a die

Cognita Vicarius per examen libera puellæ Religionis ingrediendæ voluntate, niſi aliquid aliud ex ijs, quæ ad Religionis ingreſſũ in huiuſmodi puellis requiruntur, obſtare videat; pro dote, & liuello Monaſterio perſoluendo ſponſionem a parentibus accipit, cuius formula mox patebit.

Formula Sponſionis dotis Monialium.

IO N. figliuolo del q. N. Porta N. Parochia di S. N. di Milano, per la preſente, qual voglio habbi forza di publico inſtrumento, con patti eſſecutiui, & giuramento prometto con l'obligatione di me, & miei beni, pegno alle Reueren. Madri & Monaſterio di S. N. ſit. in Porta N. di Milano, che quando N. mia figliuola ſarà acettata in capitolo alla Religione di dette Madri in detto Monaſtero, farò vero & real depoſito di lire tre mila dico lire 3000. imperiali in mano di perſona idonea, & confidente delle dette Monache per la dote di detta mia figliuola ad effetto di pagarle, per impiegarle in beni ſtabili a beneficio di detto Monaſtero: & di più prometto come ſopra, di pagar, & di laſciar, che gli ſij pagato da miei heredi & ſucceſſori à dette Monache ogni anno lire cinquanta imperiali, cioè la metà ogni ſei meſi durando la vita di detta mia figliuola, & non più oltre per compimento della ſua dote ſecondo gl'ordini ſopra ciò fatti, & tutto ciò oltre la ſpeſa delli veſtimenti, vtenſilij, & honoranze ſolite a darſi a quelle ſi fanno Monache in detto Monaſtero, & oltra la ſpeſa della dozzena ſino che ſarà fatta profeſſa.

Si Monaſterium ſit in diœceſi, dotis ſumma erit tantùm librarum bis mille, & 500. liuelli verò lib. 30.

Huiuſmodi promiſſione confecta ſacramenti Pœnitentiæ ſingulis ſuperioris anni menſibus, & ſumptę ſacræ Communionis teſtimonium exhibet Vicario Monialium, a quo deinde cogendi Capituli facultas datur Monialibus.

Eius facultatis formula hæc eſt.

Formula facultatis habendi capitulum pro Puella ad Religionem admittenda.

SI concede licanza alla Madre N. del Monaſterio di S. N. che poſſa congregare le ſue Monache, & a loro proporre in Capitolo per douere eſſer admeſſa alla . . . in detto Monaſterio, N. la qual perciò è ſtata eſſaminata, & approbata; auuertendo che detto Capitolo ſi faccia per ballotationi ſegrete, & che ſi ſeruino tutti gli altri ordini, dandoci dipoi auiſo del ſucceſſo di detto capitolo. Dall' Arciueſcouato & cæt.

Quod ſi Monaſterium Monialium, non ordinario, ſed regularibus ſubiectũ ſit, Vicarius Monialium examinis tantùm cõfecti teſtimonium Puellæ tradit; Cuius teſtimonij formula ea eſt, quæ mox ſubijcitur.

Formula teſtimonij de examine Puellæ.

SI fa fede alla Madre Abbadeſſa, ò Priora del Monaſterio di ſanto N. qualmente N. è ſtata eſſaminata, & approbata, a fine che conforme ò gli ordini preſenti, poſſa eſſer admeſſa al Capitolo della Religione, ò all'habito, ò al Capitolo della profeſſione, ouero alla profeſſione.

Præfecta Monialium ſtatim de ſuffragiorum exitu ſuperiorem admonet, vt ad præſcriptam Concilij primi ratio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nem, eius quæ recepta eſt, nomen referatur in librum.

Quæ hoc modo recepta eſt, ei non niſi ſex menſibus poſtquam recepta fuit, induendi Monialium veſtitum facultas conceditur, niſi huiuſmodi tempus iuſta aliqua de cauſa producatur, aut contrahatur.

Cum verò dies ingrediendi Religionem inſtat, tunc ætatis Puellæ a Parocho ex libro Baptizatorum, ſi is reperiatur, atque etiam ſuſceptæ Confirmationis teſtimonium, tum denique inſtrumenti depoſitionis dotis, & aliorum, quæ Monaſterio traduntur confecti exēplum autenticum Vicario exhibeatur.

Formula inſtrumenti depoſitionis dotis.

IN nomine Domini Amen & cæt. In mei & cæt. N. f. N. Portæ N. Parochiæ S. N. Mediolani ſponte & cæt. pro dote ſpirituali, & ex cauſa dotis ſpiritualis N. eius filiæ in Monaſterio Monialium S. N. Mediolanen. Deo concedente monacandæ depoſuit, ac deponit realiter, & cum effectu libras tres mille, ſi in Ciuitate, aut bis mille, & quingentas ſi in Diœceſi imper. pœnes N. fil. N. P. N. P. S. N. Mediolani, qui ibidem præſens, & perſonaliter conſtitutus dictas libras a dicto N. ibidem præſente, dante, exburſante, & deponente realiter, & cum effectu in tanta bona moneta habuit, & recepit ibidem præſentialiter in purũ, verum, & merum depoſitum, vt ſupra, ac ad ſe traxit, & promiſit, ac promittit dictas pecunias nomine puri, & meri, & realis, ac veri depoſiti pœnes ſe retinere, & conſeruare illasque RR. Monialibus dicti Monaſterij, ſiue earũ legitimo procur. ſoluere, dare, relaxare, & conſignare ſtatim poſtquã dicta N. profeſſionem in dicto Monaſterio emiſerit tacitè, ſiue expreſsè, vel ſaltem habita licentia profeſſionem emittendi, omnique & quacunque exceptione remota, ſuſcipiens propterea in ſe omne periculum & cæt. obligando prout obligauit, & obligat ſe ipſum, & eius hęredes, ac bona quæcunque in forma Cameræ Apoſtolicæ, ac depoſiti cum claufulis, & cautelis neceſſarijs, & opportunis, ac ſolitis, & conſuetis, & ita iurauit tactis ſcripturis & cæt. & inſuper dictus N. ſponte vt ſupra conuenit, & promiſit prout promittit dictis RR. Monialibus dicti Monaſterij licèt abſentibus me Notario publico infraſcripto ſtipulante & cæt. durante nouitiatu dictæ N. videlicet donec, & quouſque emiſerit profeſſionem, ſoluere alimenta, & ſolitam duodenam, nec non dare, & tradere conſueta veſtimenta, & honorantias iuxta ſolitum, & vlterius durante vita dictæ N. in eodem Monaſterio ſoluere anno quolibet libras quinquaginta ſi in Ciuitate, triginta ſi Diœceſi, imperiales liberè, & abſque alia exceptione. Quæ omnia attendere, & obſeruare, & rata, grata, valida, & firma habere promiſit & promittit, & non cõtrafacere &c. ſub refectione omnium, & quorumcunque damnorum, expenſarum, & intereſſe &c.

Pro quibus omnibus, & ſingulis præmiſſis, ſic vt ſupra obſeruandis & adimplendis, dictus N. ſe ipſum, ſuoſque hæredes, & ſucceſſores quoſque, ac ſua, ſuorumque hæredum, & ſucceſſorum bona omnia & ſingula, mobilia & immobilia, præſentia & futura vbilibet exiſtentia in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, cum ſolitis clauſulis & cæt. obligauit & cæt. & cuicunque appellationi & cæt. renunciauit, iurauitque tactis ſcripturis & cæt. Et de prædictiis &c.

Omnibus vt ſupra confectis, examinatur ſecundò Puella eadem vt ſupra ratione; ſed accuratius aliquanto, eiuſq; voluntate perſpecta, facultas ingrediendi pro habitu a Vicario datur.

Formula facultatis ingrediendi pro habitu.

COncediamo licentia a N. che poſſa entrare nel monaſterio di N. per cauſa di riceuere l'habito religioſo in eſſo; atteſo che a ciò già è ſtata eſſaminata, approbata & admeſſa: auuertendo però, che ſi ſeruino i debiti ordini; & in particolare, che al Monaſterio ella non ſia accompagnata da